

**SVMARIA. DESCRIPTIO. TABVLAE
NOSTRI ORBIS.**

Cap. V.

Ostria habitabilis situs in tres maxi-
mas ptes cōtinētes diuisus est/quē ad
modum uetustioribus qui sigillatim
hæc perscrutati sūt/qui ue horū oīum
Comentaria reliquerūt/ & ut nos ipsi/partim
ex uisu/partim ex illoꝝ traditiōe cognouimus:
Tabulā autē totius habitabilis fingere pposui-
mus/ut ingeniis doctriṇarū cupidis/nihil in ex-
pertū sit rerū earū quæ mentē p parte exornare
animosq; quicq; pro historia cōferre:& ipm ad
naturale quoddam acumen excitare possint:
Pars totius nostræ habitabilis:terminat/ab Ortu
solis Terra incognita/quæ populis oriētalibus
Maioris Asiæ: Sinarum scz atq; Serū adiacet/a
meridie sūt Terra incognita/quæ Indicū pel-
agus cingit/quæue amplectit meridionalē seu
interiore Aethiopiā regionē/ Agisymbā ap-
pellatam: Ab occasu autē/ & incognita Terra quæ
Aethiopicū Aphricā Sinū cōplectitur: ac dein-
de occidentali Oceano/qui maxime occidenta-
libus Europæ & Lybiæ p tibus adiacet: a septē-
trione Oceano/qui inde ppetuo insulas Britā-
niæ circūplectit: ac ptes Europæ maxie septē-
trionales claudit/Deucalēdonius atq; Sarmati-
cus is appellat: preterea limites reliquos hēt
Terrā incognitā/quæ p tibus Asiæ maxie septē-
trionalib; iminet/Sarmatiæ scz & Scythiæ atq;
Serū: cetæꝝ ex equoribus/q; a terra admittunt/
nostrū qdē mare cū Sinibus sibi iunctis/Adria-
ticū in Aegæū pelagus: in propōtidē/ & Pontū
Meotim paludē exit in oceanū p fretū tantū;
Herculeū/faciēs in similitudē Chersonesū: hæc
Angusta pelagi ferme Isthmū: Hyrcanū uero
qdē & Caspiū dicit/ab omni pte ambit a terræ:
Insulæ similitudinē/ex opposito ducēs/aut ali-
ter de mari Indico dicimus: omne enim cū suis
sinibus Arabico Persico Gangetico eoq; qui
proprio uocabulo Magnus Sinus appellat/a
terra sūt ex omni parte claudit: unde ex tribus
maximis totius orbis p tibus: Asia coniungit
Aphricā p dorsum Arabiæ/qdē nostrū mare ab
Arabico Sinu excludit/ p terea p terrā incognitā
quæ Indicū pelagus circūplectit: Europæ autē
cingit/ p dorsum qdē iter paludē meotim & Sar-
maticū oceanū est: i Tanais fluuii alueo: Aphri-
ca ab Europa disiungit/ Atlantico solū fretō/
p se ipsam Europæ nulla ex pte cōtigua/ sed p
Asiam/ maxie cū Asia utriq; earū cōtermina sit/
obuiā ambabus accedens/ penes ipsarū oriēta-
les plagas: hæc triū partiū p magnitudine Asia
prima est: secunda Aphrica: Tertia Europa: sūt
inter Maria quæ a Terra circumplectuntur ut
dictū est/ p ræmaiori spatio Indicū pelagus pri-
mum est/ secundū mare est nostrū: Tertiū Hyr-
canum siue Caspiū: preterea insignū Sinuum
primus & sūt maior est: Gangeticus/ Secūdus
Persicus: Tertius is qui magnus dicit Quar-

SEPTIMVS

tus Arabicus: Quintus Aethiopicus: Sextus
Ponticus Septimus Aegei pelago: Octauus
paludis mæotidis Nonus Adriaticus: Deci-
mus Propontidis:
Insignium insularū prima est Taprobane secūda
Albionis insula Britanorū: Tertia Aurea cher-
sonesus: Quarta Ibernia Britanorū: Quinta
Peloponesus: Sexta Sicilia: Septima Sardinia
Octaua Cynos: Nona Creta: Decima Cyprus
Meridionalē limitem Terræ nostræ habitabilis:
terminat parallelus/q; australior est circulo æqui-
noctiali gradibus. 16 $\frac{1}{2}$. eorū graduū qualiū
magnus est circulus. 360. Totidē gradibus
parallelus p Meroem magis septētrionalis est
q; æquinoctialis/Parallelū autē maxie septērio-
nalem terminat is q; septentrionalior est æqui-
noctiali gradibus. 63. hic autē p Thylē insulā
ducitur: Quare latitudo Terræ nobis cognite
omnis constat gradibus. 79 $\frac{1}{2}$. aut integris
gradibus. 80. stadiis uero quadraginta mili-
bus fere ueluti gradu uno/ quingēta stadia cō-
plectente/ ut ex diligentiori dimēsiōne cōpre-
hensum est: Totus autē ambitus cōstat stadiis
centū & octoginta milibus: deinde extremam
oriētalē plagā noti orbis/ terminat meridianus p
metropolim Sinarū ductus/ distās a meridiano
descripto p Alexandriā uersus solis ortū sup æq-
noctiali gradibus 119 $\frac{1}{2}$. octo autē horis æqui-
noctialibus fere occidentalē finē claudit/ meri-
dianus qui p insulas fortunatas describit/ distās
& iste a meridiano Alexandria/ gradus. 60 $\frac{1}{2}$.
horis autē æquinoctialibus quatuor: a semicir-
culo uero qui maxie oriētalē est gradus. 180.
& horis æquinoctialibus duodecim: Vnde col-
ligit totius noti orbis longitudinē super Artu
æquinoctialis circuli/ nonaginta miliū stadio-
rum esse: sup autē Parallelo maxie australi: octo-
ginta & sex miliū/ ac trecentorū & triginta triū;
fere/ in Parallelo uero maxie septētrionali/ qua-
draginta miliū & octingentorū/ ac quinquagin-
ta & quatuor: Rursus in Parallelo Rhodiensi
in quo potissime sūt dimēsiōnes distante ab
æquinoctiali gradibus. 36. stadiorū septuagin-
ta/ ac duorū miliū fere: in parallelo p Syenē qui
ab æquinoctiali distat gradibus 23 $\frac{1}{2}$. qui ue-
fere mediū tenet totius latitudinis/ octoginta
sūt & duorū miliū ac trecentorū triginta & sex/
iuxta pportionē Parallelorū p dictorū ad æqui-
noctialē: sit igitur longitudo nostre habitabilis
maior latitudine iclimatibus maxie quæ septē-
trionalia sunt/ quinquagesima ferme pte latitudi-
nis: iclimatibus uero p Rhodū dimidia quodā
modo & tertia pte: iclimatibus uero q; sub pa-
rallelo p Syenē sūt/ æque cū priore & fere sexta:
in plagis maxie australibus tantundē ac ēt sexta
pte fere/ in iclimatibus q; sub æquinoctiali sunt:
tantundē ac ēt quarta: Magnitudo autē maximi
diei/ aut noctis: in parallelo qdē/ q; maxie austra-
lis est: horas æquinoctiales hēt. 13. Similiter
in parallelo p Meroem in æquinoctiali horas